Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 18

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

Carolus Magnus, Epistola de gratia septiformis spiritus

urn:nbn:de:bsz:31-1718

Visual Library

KAROLUS DIUINA MISERICORDIA REX FRAN
CORUM ET LANGOBARDORŪ AC PATRICIUS RO
MANORUM · HILTIBALDO · MAGINHARTO AGINO
GERHOHO HARTRICHO · SCIS EPISCOPIS ·

Gratias agimus sci̅tati ur̅ę · quia ad familiariter
a nobis interrogata · familiare nobis responsum
dare uoluistis. Et quae caritatis instinctu ur̅ę di
lectioni fuere proposita · eadem dilecta caritate
iuxta q̅d uobis uisum ē · sunt nobis absq; ulla dilatati
one soluta · Sed ipsius quae ur̅a sci̅tate nobis data ē
responsionis ordo uidendus · & apud ur̅am dilecti
onem intimi mea sensus medulla pquirenda · ut
& qualitas nr̅ę interrogationis appareat · & mo
dus ur̅ę responsionis patentius elucescat; Sci &
enim patres · qui et ueteris testamenti seriem legim̄.
ab initio dō placuerunt · hanc ultimam sed xp̄i ad
uentu felicissimam sc̅li aetatem · probitate morum
& meritorum multiplicitate praecesserunt · sci spr̅
gratiam absq; ulla ambiguitate · & accepisse & ha
buisse credendi sunt; Quis enim umquam placuit
dō carens sci spr̅ dono · Sed ut uestrae responsionis tex
tu continetur · eadem sci spr̅ dona singula singulos
scōrum habuisse · & in xp̄o cuncta pleniter inha
bitasse cognouimus · quae in firma uestrae ratio
ne subnixa probamus. Sed nequaquam arbitramur
quemlibet scōrum patrum unius singularitate doni fu
isse contentum · cum hoc fieri non posse de ipsorum uo
cabulis gratiarum facillime possit aduerti. Sapi
entia enim & intellectus adeo sibi naturaliter
nexu coniuncta sunt · ut unum sine altero nullo pac
to subsistere queat. Quomodo enim sapit qui non
intellegit · et quomodo potest intellegere quē
constat sapere? Sapientia siue intellectu priua
tus · quis umquam consilium uel sibi habuisse · uel
alio dedisse repertus est? Nam luce clarius constat
consilium non nisi sapientium esse · Fortitudinē
uero consilio carentem fortitudinem esse putandū
est · cum omnia inconsulte gesta · fatua potius
quam fortia soleant nominari. Scientiam in quo
quā sine sapientia & intellectu consistere posse
uidere ē incredibile · quid enim potest scire · qui
nihil uidet & intellegere? Item pietas & timor dī · quia
arte sibi copulata sint · quisquis ipsum explorat faci
le cognoscit; quia nemo pius ē · nisi qui iudicium dī
timendo in se peccanti dimittit proximo · Haec
septem sci spr̅ dona sicut in scis patrib; fuisse singu
la · sic in xp̄o adunata omnia non ē mirum · Quid
enim illi ex omnib; bonis deesse potuit · qui omnia
bona simul cū patre creauit? Numquid magnū
est si haec in xp̄o manifesto dicantur · in quo omnis
plenitudo diuinitatis inhabitare cognoscitur?

Numquid magnum ē · si ea quae ipsi pmunere ad regi
domino quae diligenter consideras inuenis in seruo ·
Numquid his tantum donis potest sublimari domi
nus · quib; carens non est bonus seruus. Absit a nobis
tantum gloriam ei dicamus consummatam · cuius
magnificentiam supra omne quod dicitur aut nomi
natur · siue in caelo siue in terra credimus sublimatā.
Neq; enim sensus comprehendere aut sermo potest
explicare · quae & qualia et quanta sint · quae ei debe
antur ad sempiternae gloriae · qui cum patre & spū scō uiuit
& regnat dš sine fine. Sed ideo haec & in patribus
singula · & in xp̄o simul omnia non miramur. Quia
& in discipulis ei p singulos singula competeri · & in
petro simul omnia possunt inueniri · Quae quia eadē
in xp̄o longe aliter · quam in ceteris scis fuisse credenda
sint. Nam scōrum cuiq; pro uiribus aetate uoluntatū ·
quibus fragilitas humana non caret. Num hoc nunc
illud donum accedendo uel recedendo · aut adesse aut
abesse cognoscitur. Xp̄o uero quidquid diuinitus & di
sapientia · cuncta sci spr̅ charismata · semel ueni
do accesserunt · & in eo numquam recedendo permanse
runt; Sed quid haec de patriarchis & apostolis dici
mus · cum neq; nunc diffidendum sit plures cotidie
intra scām matris ecclę sinum posse reperiri · qui uel
singulis uel pluribus sci spr̅ donis sint ditati; Uerax
enim est qui in se confidentib; praesentiam suā usq;
ad consummationem sc̅li promisit non defuturā · quo
& nobiscum & in nobis semp manente; Nequaquā
scō septiformis gratiae spū carebimus · qui cunctorum
largitorem bonorum credendo & bene faciendo pos
sidemus. Spū & enim sapientiae regitur · qui fidem
scē & indiuiduae trinitatis tam ad · sui quam aliorum
pfectum ediscere nititur · ut et hanc & hereticis re
sistere · & fidelium confirmare. Spm̄ intelle
ctus tenet · qui diuina praecepta audiens · quā neces
saria sit eorum cognitio · sensu cordis percipit. Et iuxta
beatum iacobum · non obliuiosus auditor factus ·
sed operator strenuus · ea quae intellexit manda
ta · studet ut ea efficiat quam integerrime custo
diat. Spū consilii uiget · qui in cunctis quae agere
disponit · an haec dō sint placitura praecogitat. Me
lius existimans quae & qualiter agenda sint prius
tacite considerare · quam aliquid inconsulte in
choare · unde eum paenitentia cogat ab incepto de
sistere; Fortitudinis spm̄ habet · qui cuiq; diabo
lo & membris eius hereticis scilicet · fidei scuto
ac uerbi dī gladio armatus resistere studet. Et
contra uitia quib; suggestu diaboli haec mortalis
uita cotidie maculatur · quasi contra inimici
iacula spū fortitudinis armatur. Nam spm̄
scientiae possidet · quisquis dominica memor

praecepti simplicitatem columbę & prudentiam ser
pentis habet. Quique inter consimilia diiudicant. sep
reprobare malum & eligere bonum. Saepe enim mix
ta bonis mala miscentur. quę nisi scientia difficul
ter discernuntur. Spm uero pietatis illi inesse dici
mus. qui dominica praecepta non oblitus. in se delinquen
ti dimittit pximo. Et non tantum in alios. sed & uic
in semetipsum iussam exercet pietatem. Quia prius
quisque cauere debet. ne dum suo debitori dimittendo
malum existit pius. sua non tribuendo. in semetip
sum existat impius. Spu autem timoris dni illu
dicimus adimpletum. qui iudicium di timens. non
tam delectatione regni caelestis bona facere studet.
quam timore gehennę mala ppetrare non audet. Et
si gaudet de promissione ppetuae uitę. ut non minus
timeat de supplicio perennis poenę. Atque hoc spu
conpunctus. deuitet a malo & faciat bonum.
Hunc sem septiformis gratię spm. & in patrib; & in
apostolis fuisse. & nunc in scę matris aeccłę filios qui
in xpo cotidie in augmentum populi sui renascuntur.
diuino munere credimus inspirari. In xpo uero ut
praediximus. haec talia non miramur. cuius immensi
tatem glorię humana mens non ualet enarrare.
Quę donec qualiter in illo sint quia nullo modo expli
care ualemus. restat ut nobis eo donante laudes
Xpo salus mundi scō rx gloriae per per. ɫ dicam
Sit tibi laus & honor semper in arce poli.
ITEM DE GRATIA SEPTIFORMIS SPS. :—
Spr sapientię fuit in petro. quando relictis retibus et
naui secutus est dnm. Spm intellectus habuit. quan
do dno interrogante. quē homines esse dicerent fili
um hominis. xpm filium di uiuere & intellexit & re
spondit. Spr consilii erat in illo. quando simoni pe
cuniam offerenti sci spr gratiam uendere nolens
ipsum simonē cum pecunia sua in perditionem ire iussit.
Spm fortitudinis habuit. quando exempto gladio
auriculam malcho abstulit. Spm scientię possedit
cum ceteris discipulis in naui dubitantib; dnm esse
cognouit. Spr pietatis cum illo erat. quando dnm
quousque fratri in se peccanti dimittere deberet in
terrogauit. Spu timoris dni plenus erat quando
uiso piscium miraculo consternatus ad dnm dice
bat. Exi a me dne quia homo peccator sum ego. ITEM
Spr sapientię fuit in andrea & in filiis zebedei. quan
do similiter ut petrus relictis retib; & naui secuti
dnm. Spr intellectus fuit in thoma. quando pal
patis uulnerib; dominicis ipsum dm & dnm suum
& intellexit & professus est. Spr consilii erat in
cunctis discipulis. quando futuros ac curiosi dnm
de fine mundi consulebant. Spm fortitudinis
omnibus discipulis adfuisse nemo negat. nisi qui eos

pro xpi nomine mortem pati noluisse confirmat.
Spr scientię erat in iohanne. qui tam distincte
de diuinitate & humanitate saluatoris in princi
pio euangelii sui disseruit. & nonnimus dixisse illo
de septem tonitruis in apocalipsi. quę silenda quoque
fuissent loquenda conscripsit. Spr pietatis fuit
in stephano. qui in ipso mortis articulo pro per
secutorib; suis exorauit. Spr timoris dni fuit
in omnib; apostolis. quia non solum bona facie
bant. sed etiam propter timorem di male fa
cere non audebant. EXPL EXPLAN DE GRATIA
SEPTIFORMIS SPS.